

II h
862

DISSESSATIUNCULA
de
VICTORIA
GRAECORUM ET ROMANO-
RUM DEA,

Quâ
MAXIME VENERABILES
DNN. INSPECTORES,
CAETEROSQUE, QVI GERAM NOSTRAM ERUDI-
TIONE, VIRTUTE ET MERITIS IN REM-
PUBLICAM ORNANT,
NOBILISSIMOS, AMPLISSIMOSQUE VIROS,

Ad
Orationem Valedictoriam
MEMORIAE
GLORIOSISSIMAE
HOECHSTADIENSIS
VICTORIAE,

Hoc anno die XIII. Augusti,

Divinis Auspicis reportatae
sacram.

ip̄sis Kal. Octobr. A. d̄c' Isc' CIV. H. L. Q. C.

Benevolè auscultandam

Observantissimè humanissimeque

IN VITAT

M. GEORG. LUDOVICUS Goldner/
Illustris Ruthenē RECTOR.

Habebit illam

Eximiae indolis & optimae sp̄i Adolescens
JOHANNES GEORGIUS Rudolph/
Lipsiensis.

GERAE, LITERIS VVERTHERIANIS.





A quidem opificis rerum ac gubernatoris potentia est avis, ut quemadmodum solus verbo suo nutuque produxit omnia, & adhuc conservat regitque; ita sine ullius ope, virtute ac fortia, quicquid velit efficere possit: sit tamen plerumque, ut in stupendis etiam operibus hominum utatur opera, aliarumque à se conditarum rerum ministerio, atque non nisi per ea tanquam instrumento agat, istamque suam declarat immensam vim ac potestatem; à qua successus negotiorum omnium ac eventus pendent unice. Id quod si illa in re, certe in bellis cognoscitur ac praelitis, in quibus licet plurimum ad vincendos hostes & obtinendum triumphum cùm ducum prudentialia, tām robū militum & fortitudo, aliaque facient non pauca: attamen nisi intervenerat favor Numinis, & unā velut manū conferat, victoriamque pariat; vix quicquam omnis ingenī vires, apparatus omnis & opes valebunt. Quare & gentes à vero Dei cultu alienae uti allarum rerum & actionum; ita & armorum felicem fucceum, non fortitudo aut casu contingere, aut hominum tribuendum manu, sed Numini, licet ficto, acceptum esse terendum existimabant. Audimus saltem Homerum, poetarum principem ita canentem:

ἀντεπιστέθη

Νίκης περὶ τὸν ἔχοντα εἰς θεῖον νίκην. Illiad. H. V. 102.

Hinc praeter Deos illos Deaves, quos tantum non omnibus, & vilissimis quoque rebus praeferebat, etiam Deam fixisse VICTORIAM legimus, VICIAM olim appellatam, Nominis ejus originem inde derivat Varro, quod hostes vici vincirentur. L. IV. de L. L. A quā dissident Vossius, qui neque à vinciendo, nec quōd eam vi consequamur, ita nominatam censer; sed à vincendo potius, vid. Etymol. L. L. in verbo *vīmo*. Inde victoriatus numus postea dictus; quia Victoriae signus erat imagine, Vossius in hac voce. Alexander Sardus de Numis, in Thesaur. Antiquit. Roman. Graevii Tom. XI. p. 1719. Lucas Pætus de Romanorum Graecorumque ponderibus L. V. p. 1667. ibid. Ut autem Deos suis accurate distinxerunt invicem superstitioni illi homines: ita retulerunt hanc in eorum ordinem Deorum, qui communes, annotantes Servio, appellantur. *Dii communes sunt*, inquit, *ut alii dicunt, Mars, Bellona, Victoria;* quia bi in bello utriusque partis favere possunt: *Dii etiam communes sunt,* qui à cœli certas non habent partes; sed generaliter à cunctis coluntur. Advers. nig. L. XII. Aeneid. Credebatur Dea haec communiter à Jove immitti. Quod etiam Augustinus indicat, scribens: *An forte divina, quod Deum Victoriām Jupiter mittit?* De C. D. L. IV. Etsi autem procul dubio plures apud gentes culta & adorata fuit Victoria: præcipue tamen apud Graecos & Romanos eam passim invenies. Sic Paufanias meminit in Atticis, facili *Nίκης αἰνῆσσε, Βικτορίας involucris.* L. I. p. 52. Et redditationem quoque hujus simulacri in Laconicis seu L. III. p. 245. scribens: *Τόνδε δὲ ἐπαντικρύπτης πιόνιοις ἔχον Ευάλιος,* σχαλας ἀρχαιον. Γνωρι δὲ τῇ εἰστι λακεδαιμονιος τοις τούτοις εἰναι ἄγαλμα, καὶ Αθηναῖς εἰ τὴν απτέρων καλλιμυνην Νίκην. Τοῦ μὲν ἀπότομοῦ Ευάλιος Φεύγοντα σφράγεσθαι σφίσιν εὐχειρουσον ταῖς πέδαις. Αἴγαλμα δὲ την Νίκην αὐλίσται οὐενει εἰς ὄντων πέρων. Ex adverso hujus templi (Hippothensis) vixit pristis operis signum Enyaliu in competitibus. Eadem vero est ratio in hoc simulacro Lacedaemonis, quae Abeniensibus in eā Victoria, quam involucrem appellant. Hi enim vinculatis impedimenta à se manuam Martem angustiatur: illi semper manus rara, quae permissi careat, victoriam interpretantur. Addit tandem: *Τόνδε μὲν εἰσι εἴς την πόλεις ἀγέλη τὰ ζώα τῶν τρόπων ἴδοντες τοῦτον τὸν εἶπεν οὐδενί τι λαζανή.* Has secuta rationes urbis ureaque, quo diximus habui, figura statuit. Vide etiam prior Eliacorum p. 446. seq. In templo Jovis, quod Elei dicarunt, ἐπίχροσον fuisse Νίκην olim: auctor idem est, infra eam aureus clypeus, in quo Medusa Gorgon caelata, additâ inscriptione, quae qui dedicarunt, & qua de causa his declarat veribus:

Νέος μὲν Φιάλης χρυσέας ἔχει, οὐ δι τακτάπας
Τῆς λακεδαιμονίος συμμαχίος γε τε Θεού

Δάρον αὖτε Αγείον, καὶ Αθηναῖον καὶ Ιωνῶν

Tὸν δεκάτην Νίκης εἶναι τῷ πολέμῳ.

Ex auro Phialam capta posuere Tanagra,

Juverat haec bello quod Lacedaemonios.

Cecropidae Argivique Duces, & lonicā proles

Victores partis de spoliis decimam. Eliac. p. 398.

Imp & aliam-victoriae exhibet formam idem Paufanias, ex ebore & auro cum tænia & corona, ibid. p. 400. Atque haec quidem apud Graecos, Romanarum culturi antiquitatum conditores, videbunt eam virginis alatae habitu depictam, liberali blandoque vultu, coronato lauro capite, manu dextera protensa ramulum lauri ostentante, & offrente veluti victoribus, humerisque alatis. Ita enim in numis apparet apud Golzium & alios, ex quibus descriptionem istam desumit Demsterus in notis ad L. II. C. X. antiquit. Rom. Rosini. Traditum vero nonnulli pictam quoque fuisse olim insidentem globi fine alis; profla verò has etiam additas, & quidem vel explicitas, ut Apulejus, vel spartas, ut Ovidius, vocat, ut vero adeo simile sit, habitu volutariae simili est praefantata. Ati memorant infuper, nudo pede & veste laxa comparvatis; alii conspectam etiam suspensam pede & cum palma: quod confirmat icon apud Panvinium. Ita sane numerus Trajanus habet victoriam, in quo Dea sedens spectatur cum lauro & palmae ramo, cuso li, illi-

2 Roma.
nisi.

Quomo-
do illi
depicta.

ns Consulatu. Hinc & palmaris Dea dicta. Et pro ipsa victoria palma legitur posita. Sic apud Q. Curtium L. 18. Ne infringatis manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque Patrem, si invidia absuerit, accabo. Quae omnia certe ingeniose admodum more istorum hominum facta & pietas videntur. Dum enim ajo-
ve esse demissam victoriam perhibent, quid significare volunt aliud, quam vin-
cere hostes non esse in potestate hominum, sed a Dei pendere arbitrio? Quid ali-
ud per alas itas potemus indicari, quam dubiam armorum sortem, incertamque
belli aleam? Et ut globus vertitur velociter citoque progreditur, ita sane victo-
riae eventus plerumque anceps est, nonnunquam rapido fertur cursu.

Quid di-
verbus e-
jus habi-
tus signi-
ficeret.

Jam si de cultu ejus ac veneratione dispicere liberet paulo accuratius: Religio-
Romanis primus jure meritoque tribuendus locus esset. Vix enim ullus e-
rat locus, in quo non simulacro ejus datus fuisset locus & sacratus. Sta- à Roma-
tuebatur ab illis in privatis domibus ac Xylois, & in locis etiam publicis nis.
statuebatur. Huc pertinet illa apud Demeterum L. c. allegata ex Apulejo:
Aria longe pulcherrima, columnis quadrifaria per singulos annos flanibus atollebat Privatum
statuas palmaris deae facies quinque pinnis explicitis sine gressu pilae volubili inflabile Publicæ.
vestigium plantis residiis decitantes, nec ut maneam inhaerent, erjam polare creduntur.
Versabatur quoque ante spectatorum oculos in Circo & praeferebatur pompea.
Quod, ut Onuphrius de Ludis Circenibus scribit, Romani omnium gentium victores
fuissent. L. I. C. XVII. Ara ejus ornabat Curiam & Senatum, & eum quidem inter
alia in finem, ut transferretur inde quaecunque in aedium, pro loci ratione, in quo
habitus Senatus. Imo & ejus signum fuit dedicatum in curia, id quod ex illo
Lampridii discimus: Pater eadem nocte in somnis vidit alia se romanac Victoriae, quae
in senatu, aedes aemula uehi. In Severo C. XIV. vid. Herodianus L. V. Et uti inter il-
los Deorum, quos militiae praefides esse voluerunt, numerata est; ita observata
quoque in castris & campofuit. Omnia haec complexus versibus elegantissimis
est Claudianus:

Aduit ipsa suis talis Victoria templis
Romanae tutela togae: quae divate penna
Patricii reverenda foveat sacraria coetus,

Castrorumque eadem comes indecella tuorum. Conf. VI. Honor. v. 597.

Sed praeceps illi honor in publicis habitus templis est, in quibus simulacris qui-
busdam suppositis fuit statuta. Quid? quod multae eidem & insignes sacratae
fuerunt aedes Romanae, quas inter maxima & sumtuosissima portant prope Nae-
viam in regione XII, in foro, quod dicebant Victoriae. Templum hoc forumque
constitutum fuit anno ab U. C. CCCLXXVII. ob victoriam, quā potiti sunt Ap-
pius Claudius & Q. Fabius in Sicilia, primo bello, quod cum Carthaginensibus P.
R. regnante in Sicilia Hierone, gesti. Vid Geverra in Horol. Principum L. i. c.
12. Meminit etiam fani cuiusdam Caesar. L. II. C. 20. bell. civil. Tralibet, inquit,
in templo Victoriae, ubi Caesari statuas conseraverant, palma per eos dies in telo, inter
cosmēta lapidum ex pavimento exstiusse, ostendebatur. Fuit quoque in palatio culta.
Ita enim Livius: In aedium Victoriae, quae est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Ap-
riliae, L. XXIV. Idem referit, Victoriae simulacrum aureum CCCXX. pondo, ab
Hierone Siciliae Rege, gratulationis causa Romam misum, & in Capitolini Jovis
templum illatum esse. Verba legatorum ejus interalia haec fuerunt. Cudem C.
Flaminii Consulis exercitusque atlamat, adeo aegrè tulisse regem Hieronem, ut nulla sua
propria clade moveri magis posuerit. Itaque, quanquam probè fieri magnitudinem populi
Romani admirabiliter in proprie adversis rebus, quem secundū est; tamen se omnia, qui-
bus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant, misisse, quae ne accipere abnuant,
magopere se Patres Conscriptos orare. Jam omnium primum omnisca causa Victoriae
aureum pondo trecentum viginti offere solet, acciperent eam teneantque & haberent pro-
priam & perpetuum. — Ab Senatu ita responsum Regi est: Virum bonum egregi-
umque Sacrum Hieronem est, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit,
fidem equuisse, ac rem Romanam omni tempore at loco adipisci. id perinde ac debet rega-
num populo Romano est. Victoriae omneque accipere; sedemque ei s. Divus dare, dicare
Capitolium, templum Jovis O. M. in ea arce urbā sacratam, volenter propitiisque, firmam
ac stabilem fore populo Romano. L. XXII. 37. Alia Victoriae templa recenset Rosinus
L. II. c. X. Neque verò omittendum, templorum fastigia queque suffixa Victoriae
simulacro fuisse quandam insignita. Quod videtur etiam ex sequentibus colligi
posse Livii verbis. Eodem anno prodigia aliquar visa nuntiataque sunt. In aede
Concordiae Victoria, quae in culmine erat, fulsoine ita decussaque ad Victoriae,
quae in antis trahit, haesit: neque inde procedit. L. XXVI. c. 23. Vid. Struvii
Dissert. de Victoria & Clade §. XVI. Neque verò una semper Victoriae imago,
sed plures simulacra statuebantur. Hoc luculententer indicat Spartanus: Die Circensum
quam tres Victoriae more solito esse locatae gypsee cum palmis &c. Quae ita explicit
Jo. Argolus in Notis ad Panythium de Ludis Circenibus L. Ic. XVII. Tom. IX The-
saure Antiquit. Rom. Graevii p. 222. Tres Victoriae: neque credo id certo numero
factum; sed quia tres Principes erant Caesar, Bassianus & Geta. Et Casaubonus ad
istum Spartanum locum in Severo c. 22. Trium autem sunt postea, quia sortidem Imperatores.
Doleamus, dolentem meritò infelicem istorum hominum cæcitatem & ignorantiam,
rejicimusque omnia hunc inanem pariter & superstitiosum cultum, illa repe-
tentes Prudenti & opportune huc transentes:

Templa
ejus.

Vincendi queris Dominum? sua dextra cuique
En DEUS OMNIPOTENS; non pexò crine puella
Nec nudo suspensa pede strophioque revincta

Inter-
dum una
plures.

JK
Th
862

X 20371631

Et tumidas fluitantes in vestita pupillas. L. II. adv. Symmachum
Atque hujus Dei veri, unici, optimi, maximi admirabilis beneficis ac opere accidisse
agnoscimus & praedicamus religiosè, ut hostes Imperii acerimōs; tanti opibus va-
lidos & se fōlo terro nominis invictos jaestantes in illa Hoechstadien Victoria,
quae in d. XIII. Augusti incidit, caefos, fusos, sagatos, castros, praeditis & ornatis exu-
tos audiremus summa cum voluptate. O insignem Victoria! quarto, jam olim
Romano Imperio fatali & auspicio die potius lumen, quā vix ullam illustriorem a-
liam, praefastoriōrem aliam magisque divinam à Germano milite esse reportatam,
ipſi Galii & Bavari cum ingenti dolore fatentur & moerentur. Servamus itaque &
colimus meritō eō quo pōfumus studio, memoriam tantae Victoriae, & neque ad
Fortunam, nec Victoriae, Deas fiētas, quod superstitioſa illa facere solebat antiquitas,
sed ad Dominum exercitūm, Deum aeternum, immortalem referimus pīa mente.
Hejus, hujus potentissimam manūm palmas porrexisse in invictissimo LEOPOLDONO
nōstro & Sociis ejc ac Fœderatōrum fideliissimis fætemur; hujus honori consecranda esse tem-
plae aras Victoriae, huic offerenda sacrificia laudis, hunc orandum esse existimamus,
ut porto Victoria Romano Aquilac propria & perpetua, firmam ac Rabilem
esse jubeat clementissime. Ut igitur in tot regionib⁹ & civitatis non Germaniae
solam, sed exterarum etiam gentium felicitissima illa celebrata Victoria est; ut in hac
ta quoque urbe à CHRYSOSTOMO nōstro incomparabili fūggente faero
haud ita pridē haec inefabilis. Numini divini pietas & gratia erga nos expoſita
egregie & decantata prolixē; ita impium putavimus filere prorsus inter tot ac tan-
ta gaudia, jubila & votivas acclamaciones. Quocirca recte & laudabiliter fecisse
cenfendus est ingenio, studiis moribusque suauissimus florentissimus Adoleſens

JOHANNES GEORGIUS RUDOLPHUS, Lipſiensis,
quod magnum illam Victoriae publicā voce laudandam funeris sibi ac celebran-
dam. Et cum idem Oratione itfi Valedictoriam suam annexurus, atque deinceps
in patriam reverſus Academiam, nunc more receptō testimonium erit vitae studio-
rumque est impertiendum.

Missus hic est à NOBILISSIMA DN. Matre, MATRONA omnibus, quae in hunc
sexum cadunt Virtutibus ornatissima. A. cīs 15ccl. sub finem mensis Augusti, ut in
Gymnasio non corpus, sed animus exerceret, atque cum ignorantia in qua naſci-
mar, alitique mentis hostibus decertaret strenue, viel torque tandem rediret domum.
Ecquid enim Scholae aliud fuit, quam bona mentis Gymnasia, & paleſtrae litera-
rum ac officinarum, in quibus contendendum acriter viribus ingenii & animus sapi-
entiae praeparandus. Multum valent sanē in bello illustria Ducum exempla, quae
animos militum excitant & ad facta paeclarā veluti inflammant. Ita Themistocle-
mē res Miltiadis, quas versbat perpetuo animo, ne quietere quidem fenebant. Et
illae Alexandri lacrimae, quas in Achillis fudit tumulo, illi Caefaris gemitus ad Ale-
xandri statuum confirmant idem luculent. Num vero Nostro majus 'Ducis' &
'Ante signani in sacra & rotata militia contingere potuisse exemplar, quam quod habuit in suo Vitriō
dicā? an parente aeterno, Pro quandam Magistris, Summi Reverendo atque Excellētissimo DN. D. Joh-
anne Bēndido Carpozio, Thesologo longe exquisitiōne & de Urbe pariter ac Academia Lipſien-
si immortaliter merita. Quanquam & Genitor, DN. JOHANNIS RUDOLPHI, Mercatoris hō-
bēd famigeratissimi vestigia ad ejusmodi honorellum certamen & industria, cum impellere poterant, qui
initio huius liberalium indeſcio studio incubuerat, postea vero Mercurii artem cum his conjunxit, fa-
milias conditione id exigente. Qui militiae se adiuncti, pollicant robo corporei operae & alacritate.
Et quin in pulvere eruditio variari cum laude cupit & superare alios, infraclusus sit à natura dotibus e-
gregiis animi. Non defuit illat NOSTRO, siquidem & ingenium docile, & memoriam si quis alius ad
comprehendendit omnia volenter, nec minus proutam reddendis illis, quae accepérat natus est. Agenti
in campo & aie, aut commoranti in carnis turpe eff̄ desideri & vacare voluptatibus; vigilando poti-
bus eff̄, obverandas hostes, tuendae partes commissariae caute ac provide. Pariter iis literatae militiae qui
nomines dedere suorum non fecerint, tempus & occasione neglegere, indulgere genio, oblectare aetatem
varis voluptatibus sed illus nūquā non in animo volvere convenient, quod Imperatores illi fortissimi in
ore frequenter habuissent legimus: Laboramus! Militemus! Qare ut haec commendata Nostro cum re-
liquis diligenter a nobis: ita etiam legendū, audiendo, repetendo, confribendo orationes, imprin-
mendo easdem memorias, & recitando publico privatisq; disputando, egregiā industriae specimina edi-
ti subinde palmanque reportavimus. Praesupponit Marei alumnū officium est, feui prompte & complante
Imperium auctiūque imperatoris, & vel nōc ejusdem obtemperare. Ecquid magis decērnatque
sub Palladi militantes vexillo, quam obsequiū & pietas erga Doctores, Duxes? Ut in immorige &
contumaces fei ipsos affligunt hōlide, & vincendos praebent temera hostibus, tandemque sua percut
culpū misere: ita obediētes contra & audiētes dicto Magistris incremente studiorum ac fortunae ex-
optatōne laborum exitium sibi posse neomittitis. Abesse hac si fuisset virtute, Noster neutiqua
tam felices habuissent rerum suorum successus; nepti quām tōtū subegisset hostes, cum quisib⁹ dimicandū
in bacastre eff̄. Rara quidem hodie in bello sobrietas eff̄ & continentia: necessaria tamen maximē &
inculcata perpetuo. Non enim hostili ferro magis & vi, quam virtus his adversantibus virtutibus de-
bellatur miles. Multo magis ergo illi fluctuant necesse est cogitare militiae alumnū, cum nihil citius animi
vires destruant & evortant, quam luxus & gula, cui tamen theū non pauci dedit sunt ubique, maximo cum
damno suo & decoro. Alienus plane ab his virtutis fuit Noster, & temperantiae laudem conflante retin-
uit, nunquam in eorum desperatus numero, qui curpissima hac labia suam contaminant adolescenti-
am. Qui virtute labore inter martis & bellī pulvarem defudarunt strenue, commendari tandem per
literas allis vidēunt. Quare & hinc Nostrum togatae & apollinaris militiae fedatorum his ornatum
instruimus literis in amplissimum studiorum sublimiorum campum jā dimicimus, fierantes,
fore, ut divina adjutoria gratus & opes, quam illi totuero anno appetcamur, pōro fortiter in his Lipſien-
iū Muſifrum calfris facias, hostes onnes feliciter supereris & proferas, plurimas palmas reponas, & in-
ter eos vel primum aliquando mereretur locum,

O digni venium hedēris & imagine facra.

Quo super est à Nobis, Maxime Venēndi, D.N. INSPETCTORES, ceterisque omnium ordinum Nobil-
issimi Amplissimique Viri, Patroni & Fautores alumnorum tegatas militias, ea, quā pār est, observan-
tia & humanitate rogamus & contendimus, ut pulcherrima corona veſtra Victoriae hanc incompara-
bilem concederetis. Λόγον πρεπειται habebit CHRISTIANUS FRIDERICUS VOGLERUS,
Numburgensis eximiae spei adoleſens. P. P. Gerae Dom. MX, pēt Trinit. A. cīs 15ccl. V.

II h
862

HK 137
36

DISSENTATIUNCULA
^{Dc}
VICTORIA
GRAECORUM ET ROMANO-
RUM DEA,

Quâ
MAXIME VENERABILES
DNN. INSPECTORE
CAETEROSQUE, QVI GERAM NOSTRAM ERUD-
TIONE, VIRTUTE ET MERITIS IN REM-
PUBLICAM ORNANT,
NOBILISSIMOS, AMPLISSIMOSQUE VIROS,

Ad
Orationem Valedictoriam
MEMORIAE
GLORIOSISSIMAE
HOECHSTADIENSIS
VICTORIAE,

Hoc anno die XIII. Augufti,

Divinis Auspiciis reportatae
ſacram.

ipſis Käl. Octobr. A. d^o 1^oc CIV. H. L. Q. C.

Benevolē auscultandam

Observantissimē humanissimēque

IN V I T A T
M. GEORG. LUDOVICUS Goldr.

Illustris Ruthenē RECTOR.

Habebit illam

Eximiae indolis & optimae ſpei Adolescens

JOHANNES GEORGIUS Rudolph

Lipsiensis.

GERAE, LITERIS VVERHERIANIS.



Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3Color	Black	B.I.G.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	inches
Centimetres									1
2	3	4	5	6	7	8	9	10	1
11	12	13	14	15	16	17	18	19	2
30	31	32	33	34	35	36	37	38	3
39	40	41	42	43	44	45	46	47	4
48	49	50	51	52	53	54	55	56	5
57	58	59	60	61	62	63	64	65	6
66	67	68	69	70	71	72	73	74	7
75	76	77	78	79	80	81	82	83	8
84	85	86	87	88	89	90	91	92	9
93	94	95	96	97	98	99	100	101	10